


Johann Schmidt Tobias Hofmann


## **Diaskepsis Theologica De Gloriosa ac Triumphali Jesu Christi Resurrectione a Mortuis**

Argentorati: Andreae, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788765477>

Druck Freier  Zugang





A-N  
A-G  
A-9  
A-7  
A-N

84.

52 b. 5.

192p  
A-C  
A-E  
A-B  
Pr. 109  
44p  
A-L  
B-E  
A-M  
A-N  
A-O  
A-P  
A-Q  
A-R  
A-S  
A-T  
A-U  
A-V  
A-W  
A-X  
A-Y  
A-Z




A-C  
A-E  
A-G  
A-N  
40p  
43p  
29p  
14p  
30p  
30p  
41p  
Pr. 7-52p  
66p

A-B  
A-C  
A-D  
A-E  
A-F  
A-G  
A-H  
A-I  
A-K  
A-L  
A-M  
A-N  
A-O  
A-P  
A-Q  
A-R  
A-S  
A-T  
A-U  
A-V  
A-W  
A-X  
A-Y  
A-Z


Ja 1092 (84.)

<16.7h.>









10. ...  
11. ...  
12. ...  
13. ...  
14. ...  
15. ...  
16. ...  
17. ...  
18. ...  
19. ...  
20. ...  
21. ...  
22. ...  
23. ...  
24. ...  
25. ...  
26. ...

1. Jo. Bened. Carpzovi Patris. Vindicta doctrinae de Sacramento.
2. Bulai (protr.) Ulenchius Errorum Papisticorum de Sacram. Noë et Jef.
3. M. Georo Sehmam (protr.) de Honore pœnit. ex Joels potissimum.
4. Jo. Ulrici Chayer (protr.) de Imagine Dei Homini primævo conerata.
5. Andreæ Kühn (protr.) de Universalis gratia.
6. Fridericus Holzmann (protr.) de Symbolo Apostolico contra Calicium.
7. Balthasar Fridericy Saltzmam (protr.) de Processione Spiritus S.
8. Jo. Fridericy Heilbrunnensis. De Tractu Patris ad Filium. y Jo. 14. 44.
9. Jo. Georo Dorschene ad H. p. Juda v. s.
10. Hennig Schmid (protr.) de Cathedra Petri.
11. Hennig Philippus Heruart de Raptu Pauli. & sic.
12. J. J. J. Prof. Hulsemanno de Peccato in genere et in sp. de originali.
13. Bernard Schmid de Lingua Hebræa.
14. Willh. prof. Meijner. de Vita Salomonis curriculum.
15. Balthasar Boedelig de Phrasi N. Testamenti.
16. Victor de Urin et Thummim. 15. in fictionibus. de Chemnitz.
17. Michael Schomburgk de Judaism.
18. Francisc. Gfide Condicio ad Rom. vi. 2.
19. Christiano Chemnitz de Peccato in Spir. S.
20. Christian Chemnitz de Tentatione sensus et in existentia Dei.
21. idem de Fide Demonum.
22. Jo. Ernesti Gerharty de modo legitimo propagandi fidem.
23. idem de Salute Infantum ante baptismum decedentium.
24. idem de Libertate ad Nov. Test. Lybiacum.
25. Sebastiani Niemannii Fides Pontificia non Fides.
26. Jo. Bissung de Via adventu frustra à Judæis adhuc expectato.



27. Jo. Triffmütz De Judaico Anno Paschali. Syd. XII. 3. p.
28. —. Idem de Angelo Foederis.
29. —. Idem de Pontificum Ebraeorum Vestitu sacro.
30. Jo. Bened. Carpzovig de Arca Foederis.
31. —. Idem de Quaestione: Quorsum Arca pervenit.
32. —. Idem ad nummos Cornutum Aleson exhibentes.
33. —. Idem ad Majemon. Hitch. VII. A. XVI.
34. —. Idem de Gigantibus.
35. —. Idem de Crethi et Pletthi.
36. —. Eundem versio Hitchot Thaanith Majemon.
37. Jo. Andreas Bosig ad 2<sup>am</sup> Thimoth. II, 22.
38. Christianus Korthold de Origine Philosoph. Barbaricae.
39. Jo. Faber Argent. de Causa Peccati.
40. Jo. Pappi Quaest. et Resp. De Ecclesia Catholica.
41. Jacobus Froeseus de Haeresibus et Ahereticis.
42. Jo. Georg. Sosschauer de unione Hypostatica Ca. II. 9.
43. Balthasar Raithij Specimen Collegii Biblici ex Obadi.
44. Jo. Wistachig de Punctis Hebraeorum vocalibus.
45. Jo. Winkelmannig de Messia nostro Jesu Jer. xxiii. 3. 4.
46. Jacobi Leonoldii Praefide Freresenio Flosculi Paganus Dom.
47. Wilhelmi Lyseri Christus Patiens Gal. 4. xiii.
48. Jo. Conradi Sumii Judaei Inexcusabiles.
49. Jo. Schmiel de Resurrectione Christi a mortuis.
50. Wilhelmus Lyserus de Eadem.
51. Elia Schadaei Theses de Spiritu S.

Pro  
M. Jo. Philippo Jamio  
Past. H. Heilbr. 1695.

Διάκρισις THEOLOGICA

DE

*Gloriosâ ac Triumphali*

JESU CHRISTI  
RESURRECTIONE

à MORTVIS,

QUAM

*Sospitato Rege nostro gloriosè resurgente,*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

*Admodum Reverendi, Amplis. & Excellentissimi,*

DN. JOHANNIS SCHMIDT,  
SS. Theol. Doctoris, Ejusdemque in florentissimâ Argen-  
toratensium Universitate Professoris Celeberrimi, Con-  
ventus Ecclesiastici Præsidis dignissimi, Capituli Tho-  
mani Præpositi Meritissimi, & Ecclesiastæ fidelissimi,  
Domini, Patroni, Præceptoris, ac Promo-  
toris sui quovis observantiæ  
genere colendi.

*Ad diem 21. Maij.*

In Auditorio æstivali

*Publica ventilationi exponit.*

M. TOBIAS HOFMANNUS Rhetor-Nordlingiacus,

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ

MDCCLXV.

LIBRARIUS  
MORTUIS  
SCHEMIDT  
TOBIAS HO  
LACHTENBRUNN  
TYPIS JOHANNIS ANDREAE  
MDCCLXXV

DE  
enim sur  
angelita  
plum vid  
Ad. 3. 1  
3  
deranda  
4  
mus est  
ponitur  
cidi, sive  
Prov. 2. 4  
5. A  
ica videl  
ment typic  
Maximo  
manueli  
6  
Sicut eni  
ratione Sa  
19. 16. Ex  
& ipse est  
ad obeund  
tu Sancto  
jam pndu



Διάκρισις Theologica

DE RESURRECTIONE IESU CHRISTI.



Doctrinam de *Resurrectione Christi*, quæ ipsa quoque inter Articulos fidei locum suum habet, breviter repetituri ex Methodi ratione in vestibulo ponimus quæstionem: *εἴ ἐστὶν; An sit? An Christus resurrexerit?*

2. Hanc, quicumque Christianus est, in dubium vocare nunquam ausus fuerit: clara enim sunt Testimonia Angelorum, Mulierum, Apostolorum, Evangelistarum, & aliorum Sanctorum, qui post resurrectionem ipsum viderunt, palparunt, cum ipso ederunt, & colloqui sunt. *Act. 3. v. 15. 1. Cor. 15. v. 5. & seqq.*

3. Quæstioni *τί ἐστὶν* præmittimus *ἑνοματολογίαν*, in qua ponderanda *Etymologia*, *Homonymia*, & *Synonymia*.

4. *Etymologia* considerat terminos simplices, quorum primus est *Resurrectio* à Resurgendo dicta ex *Re*, & *surgo*, & ita ponitur casui, unde in scriptura etiam usurpatur de eo, quod cecidit, sive naturaliter, sive spiritualiter, sive alio quocunq; modo. *Prov. 24. v. 16.*

5. Alter Terminus simplex est *JESUS*; vox origine Hebraica videl. derivata à notissimâ radice *ישיע*. Invenitur hoc Nomen typicè attributum *Iosue* filio *Nun*, *Ios. 1. 1.* & *Iosua* Pontifici Maximo *Zach. 3. v. 1.* καὶ ἐξοχὴν autem, & primariò in N. T. *Immanueli* nostro tribuitur.

6. Tertius est *Christus*, Vox Origine Græca, à *χρῆμα*, Ungo: Sicut enim in V. T. *Propheta*, *Sacerdotes* & *Regg.* in Officij inauguratione sacro oleo inungi, ex mandato divino, consueverant, *1. Reg. 19. 16. Ex. 29. 7. 1. Sam. 10. 1.* ita etiam *Salvator noster Christus*, qui & ipse est *Propheta*, *Sacerdos* & *Rex.* *Deut. 18. 15. Ps. 110. 4. Ps. 2. 6.* ad obeundum triplex hoc Officium sacro lætitiæ Oleo, h. e. Spiritu Sancto præter mensuram unctus & inauguratus est, & ob id etiam *Unctus Domini*, Hebræis *משוח* dicitur. *Pf. 2. 2. 2. Sam. 23. 1.*

7. *Homonymia* ostendit varias acceptiones *Phrasæos*: Tribuitur autem Resurrectio à Mortuis vel Homini, vel Deo. Homini. Homini vel propriè, & idem est ac redire ad vitam; vel *Metaphoricè* & ita denotat reditum ad pœnitentiam, & vitam spiritualem; Deo- Homini sive Christo h. l. tribuitur propriissimè, ut qui superatis doloribus Mortis Animam rursus corpori suo adunivit.

8. *Synonymia* continet varias appellationes & Phrasas, quibus Resurrectio Christi in Sacris describitur, ut: *Resuscitari à Mortuis*: Rom. 4. 25. *vitam relictam resumere*; Iohann. 10. 18. *replum corporis solutum excitare*, Ioh. 2. 19. *exaltare caput*, Ps. 110. v. ult. *corruptionem non videre*, Ps. 16. 10. & his similes alia.

9. Sequitur nunc *περὶ ματολογία*, quæ secundum quatuor causarum genera commodissimè tractari potest.

10. Occurrit autem I. CAUSA EFFICIENS, hujus Resurrectionis videl. ipse Christus, qui *propriâ non aliena Virtute*; liberè non *coactè* resurrexit, id quod non solum arguit *Divina ipsius Natura*, qua se Filium Dei potenter hoc Actu declaravit. Rom. 1. 4. verum etiam ea *Scriptura testimonia*, quibus Christus sibi ipsi hunc actum propria virtute exercendum tribuit, hoc ipsum evincunt. vid. Ioh. 2. 19. cap. 10. 18.

11. Opponimus hæc *Heresi Photiniana* in primis verò *Catechesi Racoviensi*, quæ assertionem hanc vocat *insignem errorem*, & ita Christum propria Virtute resurrexisse disertè negat, pag. 313.

12. Neq; enim obstant testimonia sacra, quæ dicunt, *Christum à Patre resuscitatum fuisse*; Rom. 6. v. 4. Eph. 1. v. 20. dicitur enim id vel ratione *Ordinis*, ad designandam Patris prioritatem, ut qui tanquam Fons Trinitatis, per æternam Generationem Filio omnem Potentiam communicavit; vel ratione *Identitatis*, propter summam illam Personarum *ὁμοσίαν*, quâ Filius cum Patre est Unus. 1. Ioh. 5. v. 7.

13. Non itaque opponenda est Resurrectio propriae Virtutis ipsi excitandi, *Opera enim Trinitatis ad Extra sunt indivisa*.

14. Elucet inde Differentia Resurgentis Christi, & aliorum: Rediêre à Mortuis ad Vitam etiam *ali*: *Filius Viduae Sareptanae*; 1. Reg. 17. 22. *Filius Sunamitidis*, 2. Reg. 4. 35. *Filius Viduae in Nain*, Luc. 7. 15. *Lazarus Bethaniensis*, Ioh. 11. 44. Verum non virtute propria sed aliena.

15. MATERIA

15. MATERIA sive Subjectum Dominica Resurrectionis propriè corpus illud est, quod in sepulchrum positum fuerat, Psal. 16. 10. Act. 2. 27. Ioh. 2. v. 19.

16. Et corpus quidem integrum, & perfectum, omnibus partibus, membris, ac requisitis essentialibus constans, secus ac Photiniani sentiunt, qui negant Christum exaltatum habere carnem & sanguinem.

17. Interim non tale corpus resurrexit, quale antea fuit, sed gloriosum, Spirituale, Immortale, Impassibile, Clarum, agile, subtile, invisibile, palpabile, &c.

18. Occurrit III. CAUSA FORMALIS, quæ fuit Ipse Actus Resurrectionis, seu Modus resurgendi, ad cuius pleniorum evolutionem notetur Quiditas, Qualitas, & Gradus hujus Resurrectionis.

19. Quiditas Resurrectionis sequenti hæc qualicumque Definitione seu Descriptione exprimitur.

20. Resurrectio Christi est Actio Triumphalis, & gloriosa, quæ Christus de auctoritate, tertia à Morte & sepultura die, verè & gloriose propriâ ac divinâ virtute vivificatus corpore suo ex sepulchro prodijt, & hac Resurrectione suâ, se Filium Dei, Victorem Mortis, Inferni, Diaboli, & omnium hostium infernalium viventibus super terram potenter declaravit & ostendit.

21. Qualitas Resurrectionis triplici illo modo in definitione posito exprimitur, Quo Christum I. verè ac propriè resurrexisse diximus, secus ac Hæretici olim, Simonem Magum, & Gnosticos secuti, docuerunt: Christum non fuisse in propria Carne, sed simulatam speciem carnis ludificandis Hominum sensibus præbuisse, quâ non solum Mortem, sed etiam Resurrectionem mentiretur.

22. Resurrexit Christus II. Gloriosè per modum pomposi alicujus Triumphis, quem admodum Michæas hanc Resurrectionem depingit, Mich. 2. 13. id quod, & lapidis sepulchralis penetratio, & in primis σεισμός μέγας magnus ille terræ motus evincunt. Matth. 28. v. 1. 2.

23. Sed & III. Propriâ Virtute, non alienâ aut precariâ è Mortuis ad vitam rediisse cum Scriptura, contra Photinianos asserimus, Ipse enim est, qui ἑαυτὸν παρέσχε se ipsum vivum exhibuit, Act. 1. 3. & Filium Dei se demonstravit, ἐν δυνάμει Rom. 1. 4.

24. Gradus Resurrectionis duo sunt: I. Vivificatio, postquam enim per Triduum de mortuis in sepulchro detineretur, tandem

solatis doloribus Mortis eandem à se depulit, *Hos. 13. 14.* & animam ad tempus à Corpore separatam eidem rursus adunivit, & per illam facultatibus vitalibus denud id instruxit.

25. Alter est *Exitus è sepulchro*, quo Christus non obstante Lapide sepulchrali obsignato, non remorante fortium armatorum robore, sed omnibus obstaculis ad nutum ipsius cedentibus, è sepulchro prosiliit, & hunc propriissimè *Resurrectionem* vocare possumus.

26. Denique IV. FINI tripliciter considerari potest, vel 1. *Respectu Christi*, qui vicit, vel 2. *Hostium*, quos vicit, vel 3. *Nostris*, quorum gratia vicit.

27. *Respectu ipsius Christi* est I. *Affertio Divinitatis*. ita enim se Filium Dei potenter declaravit. *Rom. 1. 4.*

28. 2. *Mutatio Status*, abjectissimæ nimirum conditionis, in gloriosam, & Majestaticam. *Luc. 24. 26.*

29. 3. *Administratio Officij continuanda*, debebat enim Mediator Propheta Ecclesiæ ad finem mundi adesse; *Matth. 28. 20.* debebat Sacerdos semper pro nobis apud Patrem intercedere; *Rom. 8. 34.* debebat Rex æternus super omnes creaturas in cælo & in terra regnare. *Pf. 45. 7.*

30. *Respectu Hostium* consideratus Finis est, *Victoria & Triumphus de illis*: Etenim Christus actu hoc glorioso antiquo Serpenti caput contrivit, *Gen. 3. 15.* Morti morsum, Inferno se pestem ostendit, *Hos. 13. 14.* deque omnibus hostibus infernalibus victoriam egit *Col. 2. 14. & seqq.*

31. *Respectu Nostris* Finis multiplex est, ac varius: in Genere est I. *Confirmatio Fidei* in multis mysterijs: Inclarescit hinc Scripturæ præstantia, & Authentia, secundum QUAM asserente Paulo Christus resurrexit, *1. Cor. 15. 4.* elucet inde Salvatoris nostri Divina potentia, qui Filius Dei declaratus est *in Divinitate. Rom. 1. v. 4.* apparet hinc sufficientissima pro peccatis nostris satisfactio Patri cælesti præstita; patescit inde certitudo Intercessionis &c.

32. Est 2. *Certificatio* de præstitâ satisfactione, de qua nihil constaret, si Christus in morte mansisset, *Rom. 4. 25.*

33. Est 3. *Restitutio & Applicatio omnium Bonorum*. Non enim sufficiebat Christum pro nobis mori, & morte suâ amissa bona nobis mereri, sed etiam oportebat eum Ecclesiæ, & nobis omnibus Potentiâ suâ conferre beneficia, quæ moriendo nobis impetraverat: conferre

conferre autem non potuisset, si in morte mansisset, quia non fuisset.

34. Specialis hujus Resurrectionis Finis est *Futura nostra Resurrectio*: Est enim Christus ἀπὸ τῶν νεκρῶν, *Primitia dormientium*. 1. Cor. 15. 20. πρῶτόν τε ἐκ νεκρῶν, *Primogenitus ex mortuis* Act. 26. 23. qui cum paulo ante in cruce expirasset, vexillum nunc Resurrectionis attollit, suisque acclamat: *Vivo ego, & vos vivetis*. Joh. 14. 19.

35. Hac de Causis dixisse sufficiat, sequuntur Effecta, Subjectum, & Adjuncta. *Effecta* cum Finibus concidunt, & sunt tres illi enumerati nempe 1. *Christi gloria & Triumphus*. 2. *Hostium Infernalium Confusio*, 3. *Nostri Informatio, Salus, & Resurrectio*, De Subjecto diximus posit. 14. seqq.

36. Adjuncta sunt *Locus, & Tempus*. *Locus* est vel *generalis*, nempe media terra, seu cor terræ, h. e. terra Judaica, & specialiter loquendo *Terra Hierosolymitana*, in qua Christus juxta typum *Jona* debebat esse tres dies, & tres noctes: *Matth. 12. v. 40.* vel *specialis* nempe hortus *Josephi Arimathæi*, cujus sepulchro novo petra inciso, Mortuus Christus paulo ante fuit impositus, & ex eodem etiam prodijt. *Joh. 19. 41.*

37. *Tempus* hujus Resurrectionis est vel *generale*, vel *speciale*, vel *specialissimum*.

38. *Generale* est altera dies Paschatis Judaici, Christus enim sepultus fuit, ipsa die *Parasceves*, & altera dies, quæ erat prima Sabbatorum, Judæis ob concursum Festivitatum Sabbathum magnum dicta, *Joh. 19. 31.* per cujus integrum spatium Christus quievit, jam præterierat, ita ut sequeretur altera dies Sabbatorum Paschaliū, qua Christus resurrexit.

39. *Speciale* erat Dies nunc Solis appellata, quam Actui huic Triumphali destinavit Christus, quæ inde non incongruè ἡμέρα κυριακή des *Herren Tag* dicta, *Apoc. 1. 10.* communi Apostolorum suffragio solennibus Ecclesiæ conventibus consecrata fuit *Act. 26. 7.*

40. *Specialissimum* hujus Resurrectionis tempus fuit tertia à Morte, & sepultura dies, quæ multis ante seculis huic Actui destinata fuit *Hos. 6. 2. Matth. 12. 40.* Resurgenti Christo sit *Gloria, Laus & Honor in Sempiterna Secula.*

*Corollaria*



## COROLLARIA.

1. An pugnent hæc duo: *Christum liberè, & Christum necessariò resurrexisse?* Neg.
2. An *Christus idem fuerit individuum ante, & post Resurrectionem?* Aff.
3. An *contradictorium sit, Christum se ipsum resuscitasse?* Neg.

---

### Præstant, Dn., Respondenti.

**Q**UUM Mercurialibus ingenijs Sapiant haudquaquam, neq; labia  
Solummodo facta licentia sit Referant *Vrsinum*; mentis tamen  
Doctum conatibus assiduis Edant ingenua signa; tibi  
Accinere virum resonante lyra; Hæc vota ferant: ut *θεογονίῳ*  
Vulgusq; profanum quam procul hinc Narranti, quam victrice manu  
Iubeatur abesse: decentius his Christus tumultum penetrarit, tibi  
Tabulis ego non adhiberem manum. Ita culto surgat honorificus  
Sed, *Tobia*, veritus ut assiduo Exinde Triumphus: ubi fortiter  
Tibi laudum prece sit assiduus: Vicisse labores clarus eris,  
Calamo stridenti versiculos Patriamque palma percupidam  
Sono, demorsos licet *Vuguculos* Obrenta reddere participem.  
Amici- Affectus ergo apposui  
Ioh. Ioachim Caroli.

---


**S**URREXIT *Christus*, surgent quoque membra, resurget  
Omnis homo; tibi mox, **AULICE**, surget honos.

*Ita Conterraneo Amicitia jure de vincitissimus applaudit*


Johann. Saugensfinger.

F I N I S.

















**XXVI.**

atur ab operibus Diuinitatis pro  
tio & conseruatio omniū creaturariū  
33. & 104. Quo etiam Conceptio

**XXVII.**

Iohan: 3. Titum 3.

**XXVIII.**

habitatio in credentibus, tanquā  
& 6. & 2. corinht. 6.

**XXIX.**

rum ad adificationem Ecclesia 1.

**XXX.**

natio Ministerij. Actor: 13. Et gra  
uod irremissibile appellatur Math:

**XXXI.**

ex morte spiritali Eph: 1 & 2.  
luere terra. Ezech: 37 & Rom: 8

**XXXII.**

Spiritus S. etiam ab honore Inuo  
non nisi vero Deo tribuendus est.

**XXXIII.**

nelus inuocandus sit, confirmat 1.  
6. S. S. S. Deus Domis

erbis noui Testamēti cōmutetur,  
& Dominus pater, filius & S.

**XXXIII.**

testimonio ps. 95. quod supra etiā  
XXXV. Tertio